



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. LXX. de mandatis Apostolicis & executorialibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

futuri temporis, & non presentis, facit quod dicit Baldus de istis temporibus in l. fi. C. de codicillis. Et ista Regula non est danda, quia concernit expeditionem tantum, & non apponit decretum irritans.

## COMMENTARIA. JO. A CHOKIER.

Et si impetrans ) Huc spectant quae scribit Rebuffus in praxi tit. de repro-  
bata benef. vivent. impet. nu. 41. & seqq. in tit. de nominatio in fi.

## Argumenta in Regula LXIX.

### INNOCENTII VIII.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Hæc Regula videtur superflua ex quo Cancellarius ei derogat, &amp; hodie sub plumbis Executoriales &amp; sequestra non expediuntur.</p> <p>2. Inferior Superioris constitutionem tollere non potest.</p> <p>3. Vicecancellarius an præscriptione possit derogare Regulis Cancellariæ.</p> <p>4. Stylus Cancellariæ attendendus est etiam jus obster.</p> <p>5. Quomodo in forma Humilibus possit derogare Vicecancellarius.</p> <p>6. Ordinarius an possit sequestrum imponere autoritate juris.</p> <p>7. An hæc Reg. sit danda.</p> <p>8. Clem. 1. de sequest. poss. &amp; Constitutio Pij IV. concedentis facultatem iudicibus decernendi sequestra fructuum beneficiorum. lite pendente discutitur.</p> <p>9. Sequestrum interdum etiam apponitur ante sententiam, &amp; quando.</p> <p>10. Violans sequestrum excommunicatur &amp; privatur jure beneficii.</p> <p>11. Ordinarius de hodierno stylo non apponit sequestrum, nisi de mandato Rotæ Auditoris qui sententiam tulit.</p> | <p>12. Sequestrum ut concedatur debent adesse probationes judiciales, quod secus in casu Prax. constitutionis quia sufficit si constet extrajudicialiter de reservatione.</p> <p>13. Sequestrum non conceditur ubi adest triennis possessio.</p> <p>14. Nullitatis exceptio non impedit aut excusat, quominus vitetur sequestrum.</p> <p>15. Sequestrum apponi potest in qualibet instantia.</p> <p>16. Sequestrum vitari non potest per cautionem.</p> <p>17. Sequestrum non extenditur ad fructus perceptos.</p> <p>18. Lata sententia ab Auditore Cameræ solet mandari Diocesano, ut sequestrum apponat.</p> <p>19. Sequestra sunt odiosa, &amp; vitanda.</p> <p>20. Sequestratio triplex est.</p> <p>21. Sequestratio regulariter prohibita.</p> <p>22. Sequestratio est interdicta, ubi adest annalis vel triennis possessio.</p> <p>23. Sequestrum conceditur si Reus non sit solvendo, vel dubitatur de dilapidatione fructuum.</p> <p>24. Sequestrum conceditur in casu attentati.</p> |
|---|--|



- tari, & ubi possessio est vacans.
25. Sequestro ubi semel datum est durat usque ad finem litis.
26. Sequestro conceditur quando recuperatio fructuum est difficilis.
27. Sequestro concedi solet vbi litigatur inter provisum à Sede Apostol. vel ordinario, & Capitulum.
28. Sequestro locus est quando possessor recurrit ad Iudices seculares pro defendenda sua possessione.
29. Alij casus in quibus locus est sequestro.
30. Sequestro concedit Iudex ex officio, ubi iusta subest causa.
31. Sequestratio ubi est prohibita potest pars nihilominus petere fructuum descriptionem.
32. Sequestratio ubi non est facta, & pendente lite vacat beneficium ad collationem Ecclesie litigiosa, quis illud conferat?
33. Ecclesia diu suo Rectore non debet manere viduata.
34. Error iuris vel facti quoad perceptionem fructuum excusat, etiam in conscientia.
35. Sequester an conferat beneficia pendente sequestro vacantia.
36. A sequestrationis sententia non appellatur, quod limitatur ut ibi.
37. Sequestro violare non licet, etiam nulliter sit appositum.
38. Sequestro proferri debet prævia summaria causa cognitione.
39. Sequestro non est locus in simplicibus beneficijs in partibus & Diocesi Leodiensi.
40. Authores qui de sequestris scripserunt.

## Regula LXIX. Innocentij VIII.

### DE MANDATIS APOSTOLICIS ET EXECUTORIALIBUS.

**I**tem voluit & mandavit quod mandata super fructibus sequestrandis & remissionibus ad partes pro meritis causarum recipiendis, siue singulares, siue communes fuerint, nec non super exequendis sententijs in Ro. Curia latis, sub bulla expediantur, alias sint nullæ.

#### GLOSSEMA ALPHONSI.

**A** Ista Regula dicit quod mandata Apostolica super fructibus sequestrandis, & remissionibus ad partes & super exequendis sententijs latis in Romana curia, quod expediantur sub plumbo, alias sint nullæ, hoc dicit.

Et cetera



Et certe sepe & sapissime dubitavi de ista regula qua hodie de nihilo deseruit : nam Vicecancellarius derogat huic Regule, & non expediuntur executoriales, vel sequestra, aut remissiones sub plumbo : sed in commissionibus petitur quod suo sub sigillo tradat litteras Auditori causæ &c. & non obstante regula cancellaria, quæ cavetur dicitur quod litteræ sequestri, vel remissorie, aut executoriales expediantur sub bulla ; alias non valeant cui pro hac vice dignemini derogare : & tunc cum simplici commissione Vicecancellarij traduntur litteræ ab Auditore cum suo sigillo &c. : & hodie de nullo seruit ista regula, & de hoc ego miror quomodo Vicecancellarius potest derogare huic regule : quia inferior constitutionem superioris tollere non potest, clem. 11. de elect. & cum interrogaverim doctissimos viros & etiam practicos in Cancellaria, nescierunt mihi respondere : tunc ego opposui hanc exceptionem in causa propria, & non fuit admissa : & in hoc potest tolerari ista derogatio per Cancellarium de stylo curie, & quod valeat iste stylus, & quod Vicecancellarius possit hoc pratendere quasi ex præscriptione, facit text. not. secundum unum intellectum in simili in cap. statutum in principio in verbo, litterarum de rescript. lib. vi. quam not. Domini ad quod facit quia Vicecancellarius potest derogare illi cap. ex certa scientia & Ioan. de Imol. dicit tibi quod in hoc est attendendus stylus cancellariae : quia alias de iure non potest argum. dictæ clem. & cap. cum inferior de mayo. & obed.

Et legendo hic in Vrbe Sextum ex illo dicto Ioan. de Imol. etiam intuli ad stylum curie quoad istam Regulam cui derogat Vicecancellarius quotidie, & hoc etiam dico quod valeat stylus quo hodie cavetur quod in forma humilibus sine supplicatione derogat Vicecancellarius cap. statutum de rescript. lib. vi. quoad dietas, & etiam potest derogare quoad alia & facit ad hoc illa glo. in d. cap. quod ibi dicit Ioan. de Imol. & Dom. sequitur & quod de illo rescripto sit hodie in forma humilibus, dico quod ex tolerantia Papa valeat, argument. l. Barbarius ff. de offic. præto. sed quoad istam regulam nescio ad quid sit : sed aut non deberet hic poni, aut si poneretur, deberet servari argum. cap. si Romanorum xix. dist. & sic dixi Domin. Nicol. de Castello qui composuit eam, tamen ipse excusavit se dicens quod sibi fuit mandatum à Papa, in castro sancti Angeli in presentia Vicecancellarij quod nihil mutaret de antiquis Regulis, & tamen ego dixi sibi quod secundum hoc ipse non fuit compositor Regularum, sed tantum copista, & ipse scripsit, & confessus est, & non negavit.

Aliqui tamen dicunt quod Papa committit Vicecancellario viva vocis oraculo, quod non credo : quia tunc constaret. Sed tunc etiam esset dubium an valeret talis commissio in præiudicium partium, secundum ea que dicit Abb. in cap. quod super his de fide instrument. & ego dico in questionibus Cardinal. questione xvii. ad longum, & non allego hic glossas multas concernentes hoc ; præmaximè quia ego cognovi istum Vicecancellarium tempore trium Pontificum, & semper fecit hoc, & semper fuit ista Regula &c. : & si hoc esset verum, sic posset dicere de omnibus alijs regulis, quibus posset derogare, & præmaximè, quia Regula quarta infra



de potestate Vicecancellarij dicit quod possit processus aggravare &c : & per litteras Apostolicas, alias non, & littera Apostolica dicuntur bulla tantum c. licet & cap. quam gravi & ca. ad falsarios de cri. fal. ergo &c : sed possit satyri, quod non apponitur per partes ex quo concernit hoc ius partium, & non statuentis, facit gloss. in verbo, committatur & ibi Domi. in dicto cap. statutum in princip. de rescript. lib. vi &c. facit quod dicit Abb. in c. si de offic. deleg. sed ego apposiui ut dixi, & non valuit quod apposiui : idem si consulerem facientibus, Regulas Cancellariae, viderem quod aut non fieret ista Regula: aut poneretur quod Vicecancellarius non possit ei derogare, per predicta.

Item sepe dubitavi ad quid expeditur sequestrum in curia, cum ordinarius possit sequestrare auctoritate iuris lata una sententia in curia secundum formam cle. 1. de sequest. & in hoc nunquam vidi serrari illam cle. & consuli peritiores me, & responderunt ignotum per ignotus, ut dicit glo. in simili l. 1. C. de natu. lib. Sed quia ista non est materia nostra, idem breviter dico, quod ordinarius hodie potest facere sequestrum secundum illam clem. tamen oportet quod constet sibi authentice de sententia, sed quia tanti constaret illa sententia in curia, sicut sequestrum, idem partes volunt potius expedire sequestrum, & forte qui non considunt de ordinarijs &c : & haec est veritas.

Item quod dicitur hic de remissionibus particularibus, vel singularibus, vel communibus, intelligendum est quod remissio potest fieri pro una parte tantum, & tunc est singularis; aut pro utraque & tunc est communis : & hoc est clarum & non oportet hic ponere materiam remissionis, quia esset legere multa capitula.

Item quod dicitur hic quod sub bulla expediuntur, alias sint nullae, intelligi debet sub pulla, id est sub plumbo c. licet de crim. fal. & facit glo. in verbo bulla in cle. 1. de iurejur. & superius dixi in una regula & in alijs sepe.

Et in quantum habet ista regula decretum irritans esset dandi : tamen quia concernit potestatem Vicecancellarij, & stylatur contrarium, nunquam daretur sine commissione per placet.

---

 COMMENTARIA JO. A CHOKIER.
 

---

**A** [Ista Regula] Hæc Regula in bonnullis est immutata per posteriores Pontifices : sic enim se habet Voluit & ordinavit quod mandata Apostolica super sententijs in Rom. Curia latæ executioni demandandis, sub pulla expediuntur, alias sint nullae.

**B** Derogare per predicta ) Editio Lugdunensis hic manca est : nam in antiquissima illa Romana quæ est de data anni 1504. quam semper secuti sumus quod castigatio cæteris sit, utpote per Rever. Magistrum S. Palatii correctæ, legitur clausula sequens, Nisi dicatur quod Papa est qui derogat ex quo commissio legitur cum Papa, dicens, dignetur S. V. vel Beatissime Pater &c : & tunc Vicecancellarius,



rius non derogat, sed Papa de cuius mandato expresso vel tacito Vicecancellarius facit & hoc etiam probatur quod Vicecancellarius in tali commissione non dicit simpliciter fiat, vel aliqua alia verba denotantia auctoritatem propriam, sed dicit de mandato D. N. Papae &c: & sic omnia nostra facimus quibus auctoritatem imperimus &c: & circa sequestrum, vide hodie bullam Innocentij per quam extenditur facultas ad illa & plura alia.

Lata sententia in Curia secundum formam clem. 1. de Sequest. poss. ) Etiam si lata sit super possessorio tantum, nedum petitorio, ut patet ex textu ibi, in petitorio vel possessorio. Hodie ex Constitutione Pij IV. de data 26. Octob. anni 1564. quae in bullario est 142. ad hoc ut apponatur sequestrum quando lis est super beneficio: reservato vel affecto, Ordinaria seu alia auctoritate nulliter collato, requiritur ut lis sit super petitorio: unde si esset solum introducta super possessione, fortiter cessaret sequestrum: quia lis super sola possessione beneficij, non facit beneficium litigiosum gl. in c. 1. de Confirm. utit. vel inuit. ubi Abb. num. 5. Cassad. dec. 6. nu. 2. de Rescript. Gomez, in Reg. de triennali q. 53. nu. 8. Secus tamen quando ex productione titulorum super beneficij possessione, non plene liquet de alterutrius titulo, quo possit sustineri petita possessio, quia tum Iudices debent sequestrare beneficium vel illius fructus: possunt enim & separatim fructus & beneficium ipsum sequestrare Pet. Grego. de ben. c. 40 nu. 22. per cle. unicam ibi gl. verbo Beneficium de Sequest. poss. & fruct. Adde Gonzalem ad Reg. 8. Cancell. §. 7. proemij nu. 28. & seqq. ubi alias subijcit differentias inter d. clem. 1. & Constit. Pij IV. & quidem primò per cle. 1. non potest apponi sequestrum ante sententiam in Rota promulgatam, text. & ibi gl. verb. promulgata in d. cle. 1. In casu verò de Constitutionis potest statim in principio litis, dummodo praecedat citatio, prout de jure requiritur ad hoc ut sit locus sequestro, Card. in d. Cle. 1. nu. 28. Interdum tamen seclusa ista Constitutione, & cessante fructuum dilapidatione, sequestrum apponitur ante sententiam, si fructuum recuperatio aut executio sit difficilis Put. dec. 150. nu. 3. lib. 2 & 249. nu. 3 p. 3. Item quando possessor in prima Instantia obtinuit remissoriam, aut si possessio fuerit capta lite pendente, & sic attentata, Caput. quon. dec. 151. & 157. p. 3. Mohed. decis. 1. nu. 3 de Sequest. poss. & fruct.

Secundò, in casu clem. 1. debet lis pendere in Curia, secus in casu Pianæ Gonzalez d. §. 7. nu. 28.

Tertiò, possessio & fructus sequestratur in casu cle. in casu verò Pianæ soli fructus, idem nu. 41.

3. Clementina procedit in quocumque beneficio litigioso reservato, vel non reservato, Piana autem in beneficijs reservatis, & affectis ratione mensis, vel alias, Idem nu. 44.

4. Clementina apponit excommunicationis poenam, vel privationis ipso jure contra violantem sequestrum, Gomez. ad Reg. de Annali q. 5, Pet. Greg. de ben. c. 10



40. nu. 24. in fin. Piana verò nullam istarum pœnarum infligit, & idèd pœna d. cle. ad constit. Piana non extendetur Bellam. decis. 54. Mohed. decis. 1. nu. 4. & 5. de sequest. poss. & fru.

5. Dicta Clementina dat facultatem Ordinario loci lata prima sententia in Curia apponendi sequestrum, Card. in de cle. nu. 8. & 20. licet hodie de stylo Curia Ordinarius non apponat sequestrum, nisi de mandato Rotæ auditoris qui sententiam tulit, Bonifacius Vitalin. in d. cle. 1. nu. 48. & seqq. Piana verò constit. vult ut Judex qui de causa cognoscit, sive sit ordinarius, vel delegatus sequestrari mandet & faciat.

6. Ut intret sequestrum in casu cle. 1. debent adesse probationes judiciales, ut ex illis relaxari possit sequestrum Covar. lib. 1. Var. 1. per tot. In casu verò Piana sufficit si constet de dicta reservatione & intrusione extrajudicialiter, Gonz. Alex. d. loco nu. 56. cum illud verbum *Constituerint* in Piana Constit. possit etiam referri ad extrajudicalem cognitionem c. *Cum contingat*, ibi Felij. nu. 6. de Rescrip. & m. si *constiterit* nu. 5. de accusat.

Conveniunt tamen ista Constit. in multis. 1. quod procedant in quibuscunque beneficiis, & cuiuscumq; qualitatis Gonz. Alex. d. loco nu. 69. & seqq.

2. Quod in utraque non comprehendatur triennalis possessor ante litem motam, Cassad. decis. 4. de sequest. poss. Caput aquen. decis. 354. numero 1. part. 2. Covar. lib. 2. Var. c. 5.

3. Quod nullitatis exceptio non impedit aut excusat quo minus vitetur sequestrum in casu utriusque Constitutionis Gonz. Alex. d. §. num. 76. & seqq.

4. Quia sicut appellatio interposita in terminis d. cle. 1. non impedit executionem, nec effectum sequestri, ut latè per Cassad. dec. 5. num. 1. d. tit. Veltrium in praxi lib. 7. c. 2. nu. 5. Ita nulla appellatio sequestrum Constitutionis Piana impedire valet: cum in hoc casu sequestrum potius imponatur à lege, quam ab homine, & Judex nihil aliud facit, nisi legem exequi, tanquam executor legis, Veltr. ubi supra nu. 9. à lege autem nemo potest appellare l. ab executore ff. de appel. non lic. nec à legis executore l. ab executore ff. de appel. l. ab executore C. quor. appel. non recip. Gonz. Alex. d. loco.

5. In eo conveniunt quod sequestrum apponi possit in casu utriusq; Constit. 15 in qualibet Instantia. Veltr. lib. 7. c. 2. nu. 1. ubi scribit cum qui in ipsa citatione ad sententiam omisit petere sequestrum, posse illud post sententiã, vel ab eodè Auditore qui pronunciat, etiam sequenti audientia, vel facta ei inhibitione, à Judice ad quem, absque alia speciali commissione, petere, Cassad. d. decis. 5. nu. 5.

6. Conveniunt, ut quemadmodum in casu d. cle. non potest evitari sequestrum per cautionem oblatam de restituendis fructibus: ita nec in casu d. Constit. Piana. Nam quoties à lege præcipitur sequestratio, ut hic, toties cautioni seu fidejussioni locus non est, ut scribit Veltrius d. c. 2. nu. 9. & 19. aliam rationem



nem addit Gonzalez, quod Piana Constitutio fundatur ne intrusus ex fructibus molestet Impetrantes Apostolicos *Card. d. cle. 1. nu. 16.* & si cum cautione cessaret sequestrum, non occurreret huic nec aliis inconvenientibus, *Put. dec. 311. nu. 7. lib. 1.*

7. Sicut in casu d. cle. tertius sequestrum, impedire non potest, quia tendit in illius commodum, ita nec in casu d. Piana Constitutionis, cum utrobique militet eadem ratio, *Gonzalez. ubi supra nu. 100.*

8. Quemadmodum sequestratio d. Cle. 1. non potest extendi ad fructus perceptos, sed tantum ad stantes de tempore sequestri, & futuros, ita etiam in casu dictae Constitutionis, *Idem nu. 103.*

Ordinarius hodie potest ) Dixi jam ante stylum Curiae inolevisse, ut mandetur ab Auditore Rotae qui sententiam tulit, Diocesano, quatenus sequestret beneficium iuxta determinationem dictae cle. & sic videtur quod Ordinarius non potest se intromittere ( contra quam hic scribit noster Glossographus ) nisi accedente huiusmodi mandato, ut docuit Bonifacius Vitalis, *in d. cle. 1. nu. 48. & 49.* Nec refert quod verba d. clementinae ibi per loci ordinarium indistinctè loquatur, quia debent intelligi recepto prius mandato de sequestrando: quam Vitalini opinionem sequi quotidianam praxim Romanae Curiae scribit idem Gonzalez *nu. 55.* Existimat tamen Vestrius *in praxi d. lib. 7. tit. 2. nu. 3.* facultatem Ordinarij in alijs in quibus Auditor non disposuit, illam remaneret, & in similibus, praesertim quae Ecclesiae servitium respiciunt, providere posse atque debere ex sua ordinaria facultate, quae ex dispositione d. Cle. videtur potius excitata, quam de nono concessa *Io. And. in addit. ad specul. in Rub. de Sequest. poss. in si.* Qui tamen Glossographi nostri opinionem sequi vellet, deberet Ordinario consistare authenticè de sententia, ut dicit Noster. Sequestra enim sunt odiosa, & quoad fieri potest, evitanda *cle. unica de prohib. Sequest. poss. Bella. dec. 54.* ubi dicit cle. unicam esse constitutionem novam à jure exorbitantem, & restringendam, adde Mandos, *ad Reg. 29. de Surrogandis collig. quest. 12. nu. 2.*

Ceterum, advertit 1. quod triplex est Sequestratio: Voluntaria, Necessaria, Mixta. Voluntaria est quae fit ex conventionione & voluntate partium, de qua in *l. interesse puto. ff. de acq. poss.* Necessaria est quae praecipto, vel officio Judicis fit, ut in specie *l. aquisitum ff. de usufruct. & c. pervenit 2. de appellat.* Mixta est, quae fit auctoritate legis vel Judicis de voluntate tamen partium. Hoc autem inter istas species interest, quod Sequestratio necessaria seu Judicialis non privat quem possessione sua, quod secus est in voluntaria. *DD. in d. l. interesse. VV ames. conf. 151. p. 1. Farinat. decis. 604. nu. 2. p. 1. in noviss. Gall. lib. 1. observat. 148. nu. 9. Card. Seraphinus decis. 941. Vestrius in praxi lib. 7. c. 2. nu. 17. Mandos. ad Reg. 34. q. 43.*

Secundo pro Regula statuendum regulariter prohibitam esse sequestrationem *l. una d. de seq. prohib. Mandos. ad Reg. 28. q. 13. VV ames. conf. 248. nu. 2. p. 1. Illust. Card.*



*Card. Seraph. decis. 1096. nu. 1. Farinac. decis. 764. nu. 5. in Noviss.* nam pendente lite non est quis privandus possessione sua, c. 1. ut lite pen. c. 2. de sequest. poss. quod maximè procedit, quando possedit pacificè per annum, quia tunc non est locus sequestro, sed procederet super pleno possessorio, nam tunc demum res sequestratur, quando incertum est quis possideat in interdicto, ut possidetis, Bald. in c. 1. col. 2. de sequest. poss. cap. quia res 11. q. 1. multo magis ubi quis possedit per triennium: excipit enim d. cle. Vnic. Triennem possessorem, non tamen Simoniacum Mandos. ad Reg. 20. de Surrogandis q. 5. nu. 3.

Insuper locus erit sequestro, si reus non sit solvendo, & dubitetur de dilapidatione fructuum l. Imperatores in fi. ff. de appell. Rebuff. tract. de sequest. art. 1. nu. 2. nu. 6. debetque petens sequestrationem, notum facere periculum aliquod subesse, vel ne res consumatur, vel ne debitor efficiatur non solvendo, aut huiusmodi aliquam probabilem causam subesse. Mascard. de Probat. conclus. Meccer. nu. 4. Farinac. decis. 654. nu. 2. in Noviss. par. 2.

Præterea in casu attentati, sequestrum ex officio conceditur, ut decidit Rotæ apud *Card. Seraph. decis. 797. nu. 7.* Ad hæc, sequestrum apponi debet super possessione capta tanquam attentatum. *Idem Seraph. dec. 1403. nu. 1.* Itemque erit possessio vacat: nam vacante beneficio facilius apponitur sequestrum, quia nemini sit præjudicium, c. cum vos. de off. ord. & ita decisum in una Zamoren. 27. Aprilis 1605. coram R. P. D. Lugdunen. apud *Farinac. p. 2. decis. 136. nu. 4.* ubi tum dictum sequestrum in causa beneficii semel appositum durare ad finem litis, etiamsi possessor obtineat pro se unam diffinitivam.

Amplius solet concedi sequestrum in casu, quo recuperatio fructuum esset difficilis. *Pur. dec. 150. nu. 3. lib. 1. & decis. 246. nu. 3. p. 3. Rotæ decis. 13. nu. 3. par. 2. 16. divers.*

Item locus erit sequestro quando litigatur inter provisum à Sede Apostolica vel Ordinario, de aliqua dignitate, Canonicatu, præbenda, portione, seu alio beneficio Ecclesiastico in aliqua Ecclesia Cathedrali vel Collegiata existenti contra Capitulum ejusdem Ecclesie *Gonzalez d. §. 7. præmij in Reg. Cancell. nu. 21.* id quod probat ex Constit. Pij V. de data 3. Aprilis an. 1568. quæ est in Bullario 67.

Sed & locus est sequestro, quando possessor recurrit ad Judices seculares pro defensione sua possessione, *Gonzalez d. §. 7. nu. 36.*

Deniq; alios casus quibus sequestro locus est: vide apud *Jacobum Simonet. 29. tam in repetit. c. 2. de sequest. poss. & fruct. nu. 26. cum seqq. ubi enumerat 8. casus, quibus adde alios per gl. in l. 1. c. de prohib. sequest. petu. & in c. 2. de sequest. poss. & fruct. & Ang. de Perus. tract. de sequest. nu. 4. & seqq. Abb. in d. c. 2. nu. 7. Lancell. de attentatis 3. par. cap. 12. limit. 12. nu. 16.*

Postremò potest Jdex ex officio juxta causam, motus concedere sequestrum in omnibus casibus, in quibus sequestratio ad instantiam partis fieri non possit, *harr. 30. ml.*



in l. Imperatores §. fin. nu. 3. ff. de appellat. Berous cons. 116. nu. 6. lib. 3. Lancell. de at-  
tent. 2. part. c. 12. limit. 12. numer. 26. & part. 3. c. 29. numer. 148.  
ubi dicit, quod Rota generaliter ex causa bene sibi visa solet deveni- 31  
re ad sequestrum, Gonzal. d. §. 7. num. 27. In casibus autem, in qui-  
bus est prohibita sequestratio, poterit pars nihilominus petere re-  
rum & fructuum fieri descriptionem, ad hoc, ut quantitas rerum & fru-  
ctuum facilius probari possit, text. in l. 1 §. fin. ibi Bart. de vent. in poss. mitt. & in  
d. l. unic. Bald. in cap. 1. de sequest. poss. & fruct. & in l. si fideiussor §. fin. ff. Qui satisfi-  
cog. Rebuff. ad const. Reg. d. tract. gloss. 2. nu. 9. Sed dubitatur, quando seque- 32  
stratio Ecclesie, de qua contenditur, non est facta, & pendente lite vacatio  
acciderit beneficii pertinentis ad collationem vel presentationem ejus Ec-  
clesie, quis habebit conferre vel presentare; Nicol. Garcia tract. de benef. §.  
p. c. 6. nu. 22. sic distinguit, aut enim est lis mota super possessione, ita  
quod pendet questio, quis possideat, & tunc nullus eorum  
poterit conferre vel presentare c. 2. de integ. rest. aut solum movetur ques-  
tio super proprietate, & tunc similiter nullus potest conferre vel presenta-  
re: quia existens in possessione rei, lite pendente potest colligere fructus il-  
lius, cum non debeat quis commodo suae possessionis lite pendente priva-  
ri. cap. 1. ut lit. pen. Lancell. cap. 1. de attent. limit. 1. Rota decis. 785. num. 3. p. 1. & de-  
cis. 17. in §. p. 2. divers. ut & eo casu, quo lis non esset intentata principaliter su-  
per jure conferendi seu presentandi, sed accessorie, & in consequentiam, ut  
potest superre cui competit, vel est annexum jus conferendi seu presentan-  
di, v. g. super castro, Ecclesia, dignitate, cui competit jus conferendi seu prae-  
sentandi, tunc enim ex sententia Lancellotti hujusmodi lis non impediret  
presentationem vel collationem. Lancell. ubi supra nu. 544. licet eo casu Ni-  
col. Garcia d. c. 6. velit institutionem differri in finem & eventum causae,  
quia si institueretur, inquit, presentatus lite pendente, non teneretur fructus  
restituere (ad quos alioqui possessor succumbens tenetur, à die litis notae, seu  
post litem contestatam l. centum, C. de Rei vind. l. 2. c. de lit. & fruct. expen.) ex quo 33  
legitimè institutus removeri non debet. Abb. in cap. ex litt. de iurep. Rochus de  
iurepat. q. 23. verb. competens nu. 52. Verùm hæc opinio Garciae non mihi arri- 34  
det: tum quia incongruum est, ut Ecclesia diu maneat Rectore viduata, Co-  
ras. de off. elect. & benef. Eccles. c. 7. nu. 4. tum quia quoad perceptionem fru-  
ctuum error juris vel facti excusat, etiam in conscientia, Dynus ad Reg. benefi- 35  
cium. nu. 50. & 51. de Reg. iur. in 6. Vbi autem sequestrum est datum, adverte  
quod sequester clericus confert beneficia, eligit, & presentat. Rota decis.  
323. in antiq. est enim administrator rei sequestratae, ejusdemque fructus col-  
ligit, in fructibus autem connumeratur beneficiorum collatio, 10 And. Imb  
Barbat. in cap. examinata, de iudic. Gambar. de off. leg. lib. 4. Rub. de potest. leg. Cyy-  
de



de pensio. q. 72. num. 3. Guiter. tract. de tutel. par. 3. c. 17. num. 16. & 18. dicens communem, quam sequitur Garcia d. c. 6. num. 1. usque ad nu. 23. Idque sive sequester sit voluntarius, id est, simultanea partium voluntate electus eam possideat, l. licet. C. depositi, sive necessarius, id est, Judicis autoritate datus, Guimer. in pragm. sanctio. tit. de collat. §. voluit, cum omnia beneficij cura exercere possit, gloss. Clem. 1. de sequest. possess. Coras tract. de benef. cap. 6. num. 3.

36 Porro notandum est, non appellari à decreto sequestrationis, nam appellatione non obstante mandabitur executioni sententia, seu decreto sequestrationis per l. Imperatores in fin. ff. de appellat. Bald. & Rom. in l. sic fideiussor §. ff. Qui satisf. cog. an. Quia præsumitur fuisse appellatum causa executionis impediendæ, vel differendæ. l. satis apertè C. de fals. Put. decis. 77. lib. 1. 2. 256. lib. 2. ubi habetur decretum appositum non revocari nisi finita causa. Quod limita priùdò, nisi fuerit appositum per modum provisionis propter allegationem attentatorum & excessus. Ill. Seraphinus decis. 1096. nu. 4.

Secundò limita seu restringe, id procedere, quando agitur de revocatione sequestri vigore Clementinæ unicæ de sequest. poss. & ideo, modo non sit nulliter appositum, non potest revocari, nisi revocata sententia. Seraphinus decis. 1335. num. 4. Sed adverte, non propterea licere violare sequestrum, quod sit nullum seu nulliter appositum, aliòquin violans suo jure privaretur. Gomes. ad reg. de annulli quest. §. in fin.

38 Limita tertio in sequestro decreto parte audita, & non in contumaciam, debet enim proferri sequesterum luminaria causæ cognitione præcedente, si verò etiam in Auth. de Exhib. Reis col. §. afflic. decis. 98. Luc. de penna in l. pen. §. super his. C. de erog. null. anno. lib. 12. Rebuff. d. tract. gloss. 2. art. 1. nu. 13. & ita archid. Parisiensis curia judicatum refert Paponius lib. 8. tit. 1. arrest. 8.

39 Limita quartò sequestrum non mandari executioni in dicecesi & patria Leodien. si detur sequester in simplicibus beneficij litigiosis: nam ex concordato Leonis X. de data 1617. 12. Kal. Januarij fructus beneficiorum litigiosorum pro media parte Episcopo, & pro alia Archidiaconis competunt. Itaque Archidiaconus in tali eventu se opponere poterit dationi sequestri. Itemque servari in Francia notatum habes apud Ruzeum tract. de regal. privil. §. 2. & sequentibus, & Rebuff. dicta gloss. 2. nu. 17. Plura qui volet legere de sequestris, consulat DD. in cap. examinata de judic. Rebuffum ad conslit. Reg. tract. de sequestris. Matthæum Colerum tract. de process. execut. p. 1. c. 2. Mandol. de inhibiti. q. 128.

Milis in verbo sequestrum & passim DD. in d. Clem. unica. Item Fran.

Curt. Jacob. de arena, Angel. Perus. Carocium tract. de sequestris. Veltrium in praxi lib. 7. cap. 2.

per tot.